

An 18 19

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE
ARTHRITE SUPPURATORIA

QVAM
DIVINI NUMINIS AVSPICIIS
ET
CONSENSV GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM
PRAESIDE
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO IVNCKERO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
HVIVSQVE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
PAEDAGOGII REGII AC ORPHANOTROPHEI HALENSIS
MEDICO PRACTICO CONSTITVTO

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMSQVE IN MEDICINA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS

D. VII. APRIL. A. R. S. MDCCCLXIX.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

CAROLVS LVDOVICVS WEGENER

DRAMBVRGENSIS-NEO-MARCHICVS.



HALAE

LITTERIS HENDELIANIS.

DISSERTATIO INAEGUALIS MEDICA
DE
ARTHRITIDE SUPPURATORIA
DIVINI NUMINI ASSPICIENS
CONSENSU GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM
VIRO ILLUSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO IVNCKERO

HABESSE PROFESSOR PUBLICO ORDINARIO
PADAUGIT ERIT AN OPHIANTORUM HALLENSIS
MEDICO PRACTICO CONSTITUTO
PRO GRADU DOCTORIS
SYMBOLE IN MEDICINA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSERVANDIS
CAROLVS FVDOLVVS WEGNER
HALLAE
LITTE RIS H E N D E L I A N S



ILLUSTRISSIMO A MAGISTRO THEOPHILUS

SAINTI D. SACRAM. SACR. SACR.

FRANCISCO OTTO FRINCKENHOF

OMNIGENAE ET PERPETVAE PROSPERITATIS

VENERATIONE ET OBSERVATIONE

SACRA S. ESSR. VOLVIT

MACEENATI

FRONTO GONRAT

ST. CAROLVS ADOLPHVS WEGENER



HASCE
STVDIORVM SVORVM PRIMITIAS
CVM VOTO
OMNIGENAE ET PERPETVAE PROSPERITATIS
EA QVA DECET
VENERATIONE ET OBSERVATIONE
SACRAS ESSE VOLVIT

CAROLVS LVDOVICVS WEGENER.

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRANCISCO DE BRINCKENHOFF

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSORVM REGIS

A CONSILIIIS SANCTIORIBVS

DOMINO DE LICHTENAV &c.

MAECENATI
PATRONO ATQVE FAVTORI

DEVOTISSIMA MENTIS VENERATIONE PROSEQVENDO.



ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRANCISCO DE BRINCKENHOFF
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BOHEMORVM REGIS
A CONSILII SANCTORIBVS
DOMINO DE LICHTENAV &

MAECENATI
PATRONO ATQVE FAVTORI
DEVOTISSIMA MENTIS VENERATIONE PROSECVENDO



ARTICULI DE SUPPLICATA

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA

DE

ARTHRITIDE SVPPVRATORIA.



§. I.

Vilioris fortis homo, vitae rusticae deditus, annum nunc trigesimum octauum agens, temperiemque nactus ex melancholia et sanguinea mixtam, quindecim annos natus, scabiem, crustam lacteam, atque glandularum ad collum sitarum intumescenciam concepit. Quibus, vt mos fert sapientis scilicet plebis, retro pulsus, saeuo tentatur circa finistrum os femoris dolore, in regione vero genu eiusdem lateris longe adhuc atrocius saeuiente, sponte tumore aperto. Postquam is sex circiter septimanas miserum torserat, tumor circa genu orie-

A

batur,

batur, qui, concitata prius inflammatione, in suppurationem abi-
 bat. Quam primum materia stillare coepit: dolorum ferocia de-
 lenita est, rediitque etiam, elapso aliquo tempore, ad pristinum
 sanitatis statum, quae antea adfecta erat pars remanente tantum,
 qua nunc quoque adhuc tenetur aeger, qualicunque claudicatione.
 Inde ab hoc tempore infelix aeger semel, vel bis etiam quouis
 anno, dolore arthritico affigitur, qui, quando duas, tres, qua-
 tuor, quinque, sex hebdomades illum detinuit, suppurante eius-
 modi, qualem diximus, tumore soluitur; nullus enim vnquam
 paroxysmus, ante huius prouentum, abitum parare solet. In
 primordiis morbi ossa femoris, atque fere vicissim dextrum fini-
 strumue dolor occupabat, nascente tunc suppurante tumore modo
 circa genu modo coxam. Postea, dolore pedem inferiorem exer-
 cente, podagrae, excepto illo tumore, simillimo, tumores mox
 ossi femoris, mox digitis pedum innascebantur. Verum nec hic
 subsistit mali tyrannis; latius porius serpsit. Ad humerum, ad
 cubitum, ad manus transit, subsequenter annis, dolor nun-
 quam sine tumore isto finitus. Neque potuit is, cum insequenti-
 bus tumoribus, siue diuturnitate temporis viginti trium annorum,
 siue medicaminum, quibus usus est aeger, farragine superari,
 sopiri. Lugenda nunc experientia edoctus aeger, nil magis, in
 dolorum atrociam, quam lenioris tumoris prouentum, exspectat,
 mali et diuturnitate et frequentia contractus, curuus, cicatricibus
 oblitus, inque limine mortis constitutus, cum inde a primo De-
 cemberis praeteriti anni spastica abdominis tormina patiatur, mate-
 riae arthriticae, viscera abdominalia afficientis, effectus!

§. II.

§. II.

Ergo exemplum hic videmus inueteratae arthritidis, per viginti trium annorum durantis tempus, atque omni eo tempore semper et vnice tumorum suppurantium prouentu solutae, mira obseruatio, cui notabiliorem in medicorum monumentis non facile inuenies, digna, cui fidem habeas, cum humanitati et beneuolentiae *Excellentissimi* atque *Celeberrimi* FRIDERICI CHRISTIANI IUNCKERI Praeceptoris egregii, debeatur, digna quoque, quae in specimine inaugurali vberius explicetur. Hoc mihi fumen: quibusdam de raritate huius solutionis praemissis, tria haec momenta perpendam. I. Quare arthridis, licet partium externarum inflammatio ipsi plerumque accedat, tam raro nihilominus per suppurationem soluat? II. Quo modo fiat, vt interdum, atque imprimis in aegro, cuius historiam enarrauimus, suppurans tumor, paroxysmum propellens, nascatur? III. Quaaenam remedia in similibus, enarrato, casibus commendationem mereri videantur? Quibus rite expensis, vix credo quidquam superesse, quod adiaci possit.

§. III.

Sunt inter medicos, qui tumores arthriticorum numquam in suppurationem rapi arbitrantur. Sic LAZ. RIVERIVS ^{a)} *causa*, inquit, *proxima arthritidis est humor serosus partes sensiles articularum distendens, vel acrimonia vellicans; serosam esse materiam inde colligitur, quod — — adde hunc tumorum nunquam suppurari, quod aliis tumoribus crassioribus saepe contingit, si sanguinem*

A 2

nem

a) *Laz. Riverii* Compend. Medico-pract. p. 533.

*nem admixtum habeant: in arthritide autem ad articulos sanguinem attrahi, ex inflammatione partis innotescit, nunquam tamen suppuratio accidit, quoniam feri praedominium illi resistit. Atque ipse WILLISIVS b) paullulum de ista suppuracione dubitare videtur, cum dicat, tumores podagrici raro, aut nunquam suppurantur, materiam autem arthriticam vere aptam esse, quae producat suppuracionem, tumoresque etiam suppurantes, obseruationes nos docent. Quando CAELIVS AVRELIANVS c) arthritidem delineat, haec inter alia habet: *Articuli tumentes instantur, ac deinde durescunt, et solidati saxeam faciunt qualitatem, tunc etiam nigriores efficiuntur, atque contorti, ut in obliquas partes digiti vertantur, aut reflexi supinentur, aut vicinis affixi incumbant, et aliquando humore purulento vel macilento collecto aut viscoso generent poros* — — . Quamuis CAELIVS AVRELIANVS per collectum hic humorem purulentum, internam potius suppuracionem, finis efficientem, quam externorum tumorum maturationem innuere videatur: patet tamen, materiam arthriticam producendae suppuracioni generatim aptam esse. Quid? quod MYSGRAVE d) virus arthriticum, ad suscitandum abscessum indicat aptissimum. De abscessu enim intestinorum arthritico disserens, *ad abscessum vero, inquit, conficiendum, proclive, et suapte sponte primum esse virus arthriticum, vel eo constat, quod in artubus is identidem cernatur; eorum articulos post duras et iteratas accessiones, quibus materiae multum illis illiditur, aggrauians et extendens; sic ut veteres**

b) de anima brut. pag. 305.

c) de morbis chronicis. Libr. V. Cap. 2.

d) diff. de arthritide anomala. p. m. 60.

teres arthriticos hac de causa claudos, eorumque pedes, manusque, laqueis obuolutos, saepe tuamur. Atque de Ischiade fateretur NICOL. PISO ^{e)} quandoque in suppurationem transit, qui transitus frequens est. DOLAEVS denique nodos et tophos arthriticorum suppurationem quandoque, licet difficulter, inire, tuncque maxime dolere dicit. ^{f)}

§. IV.

Cave vero existimes, has statim, quas dixi, suppurationes arthriticas illis aequiparari posse, quarum §. I. mentionem feci. Pleraque enim earum vel insalubres sunt, atque phthisin arthriticam, tabemque et ulcera foeda sinuosa post se trahunt, aut alia incommoda, vel etiam pro arthritidis veris solutionibus recte venditari nequeunt. Iuuabit ergo solutae per abscessus arthritidis quaedam exempla afferre. De arthritide sanguinis ebullitione per suppurationem soluta casum recenset C. PISO ^{g)}. Observationem quodammodo similem commemorat HOFFMANN ^{h)}. Senex per plures iam annos podagricus, ob iram et refrigerationem retropulsae podagrae incommoda, pectus visceraque abdominalia afficientia, sentiebat. *Singula haec, adhibitis idoneis remediis, expulsa e sede sua hostili materia, conquiescere coeperunt; relicta tamen statione sua in regionem inguinalem, non procul a virili*

A 3

mem-

^{e)} de cognoscendis et curand. morb. Libro. III. pag. 642. confer hic de HAEN Rat. med. part. IV. cap. IV. p. 135.

^{f)} Encyclopaed. med. p. 716. 718 seq. coxae etiam cum arthritide, suppurationis exempla, vid. in Tissot. Anleitung für das Landvolk, §. 174. 175. 183.

^{g)} Obseru. 132. BONETI thes. med. Tom. III. p. 446.

^{h)} Medic. ration. systemat. Tom. IV. Part. II. p. 550. 551.

membro haec ipsa descendit, atque in musculis ibi conspicuis, praecedenti graui dolore et inflammatione, abscessum formauit insignis certe magnitudinis, qui, post suppurationem factam, demum apertus plus, quam libram puris, per vices fundebat. Dum consolidari coepit, truculenti dolores pedes infestare coeperunt, quos etiam commoda medicina abegimus. ¹⁾ MUSGRAVE denique duo arthritidis exempla recenset, in quorum vna soluta est per primarum viarum abscessum, postea salutariter per vomitum et diarrhoeam materia purulenta reiecta, in altera vero per abscessum ad anum ortum, qui apertus non minus, ac praecedens, atrox sustulit malum. Non deficiunt plura similia, de arthritide per suppurationem soluta, exempla, quae tamen recensere nolo, cum praecedentia sufficere censeam. Recte hinc KLEIN ^{k)} affectus, inquit, arthritici varie soluuntur: sudoribus, urinis, febre, colica, diarrhaea, haemorrhoidibus, haemorrhagia, dysenteria, ptyalismo, furunculis, vlceribus, scabie, purpura varia, efflorescentiis cutis variis, varicibus, vomitu atrae bilis, per suppurationem &c. Quamuis autem haec ita sint, atque ex dictis constat, arthritidem solui per suppurationem posse: casus tamen, quem §. I. enarrauimus inter rarissimos referri debet, quod partim solutio arthritidis, facta per suppurationem paulo sit rarior et insolens ^{l)}

par-

¹⁾ l. c. p. 63. 63.

^{k)} Interpret. clin. p. 21. 22.

^{l)} BONETVS l. c. p. 425. n. 60. quadruplicem arthritidis exitum notat: resolutionem, maturationem, indurationem, metastasin. Maturationem vero nominat rarissimam. Atque ET MÜLLERVS affirmat, rarum esse, quando humor podagricus in materiam ichorosam aut saniem purulentam mutatur, quae partibus intercutaneis erosio foras exsudat. BONET. l. m. c.

partim etiam nullum, quantum memini, exister adeo inueteratae et diuturnae arthritidis, ab ipsis suis primordiis continuo per abscissum salutariter solutae, exemplum, eo magis memorabile, quo magis obseruata arthritidis a sanguine absit; in qua fere sola abscissum nonnulli exspectare videntur, erga reliquas arthritidis species non adeo benigni.

§. V.

Cum itaque rara omnino sit arthritidis per abscissum et suppurationem solutio (§. antec.) non erit certe incongruum rationes huius rei inuestigare (§. II.). Vt vero ea plenius perspiciatur, nos quidem theoriam tam arthriticorum affectuum, quam suppurationis praemittere oporteret. Quae vtraque autem theoria ardua cum sit et diffusa: sufficere ex Pathologia haec de arthritide cognita assumere. Arthritidem scilicet intensiorem esse, non tamen inflammatorium articulum dolorem, quatenus eius causa magis proxima est interna. Quamuis enim pleraeque arthritides in inflammationes transcant: tamen inflammationes istae, essentiam arthritici doloris minime constituunt, quod vel ex eo patet; quod arthritidis saepe tumore cutis inflammatorio excitato, minuatur ac decrescar. Dein; propriam arthritidis sedem teneram illam esse nerueam membranam, quae ligamenta, tendines, et alias quasdam similes partes, circa articulos obuias, ambit, quaeque tam sensibilis est, ut non remota quibusdam obseruatoribus adeo imposuerit, ut irritatum tendinem sentire affirmauerint. Porro causas arthritidis antecedentes consistere vel in simplici humorum ad vasa articulorum congestione, vel in stagnatione humorum spissorum atque viscido-

rum

rum circa articulos, *vel* denique in multiplici valdeque diuerso acri, aut in vasculis locisque articularibus coaceruato, aut per consensum nervos huius illiusque articuli afficiente. *Denique*: arthritidem inueteratam vix a sola humorum siue congestione, siue stagnatione repeti posse, pendere semper a materia plus minusue acri, ad articulos delata. Pluribus de his conferri potest Dissert. D. D. ANDREAE Praeside Illustr. BOEHMERO habita, *de usu salutaris Extracti Aconiti in artbritide obseruationibus comprobato*. (Halae 1768.) ^m).

§. VI.

Alterum, quod in dirimenda illa quaestione (§. anteced.) attendi debet, momentum, puris generationem respicit, priore fere difficilius. Nos vero, qui in his rebus obseruationes vnice sequimur, notabimus tantum, pus triplici modo in corpore humano oriri. I. Quando inflammatio vera et sanguinea praegressa est. Possit enim ab inflammatione abscessus oriri neminem fugit. Cum vero tres dentur inflammationum species, *sanguinea* nempe *serosa* et *oedema calidum* ⁿ) atque nec serosa nec oedema calidum ad concipiendam suppurationem prona sint ^o): sequitur, pus in ea potius inflam

^m) confer quoque *Perill. v. SWIETEN Commentar. in Aphorism. Boerhav. Tom. IV. Cap. de Podagra.*

ⁿ) v. SWIETEN l. c. Tom. I. cap. de *Inflammatione* si inflammatio a stagnante potissimum cruore pendeat vocatur *vera*, sanguinea. Si cum pauca rubra magna feri copia stagnet *serosa* nuncupatur. Quodsi demum serum acre stagnans phaenomena inflammationis solum producat, *oedema calidum* dicitur.

^o) Vid. v. g. Illustr. b. IVNCKERI *Conspect. Med. Theor.* pag. 160. Atque obseruamus quoque, quod si hae inflammationum species transant in abscessum ad veram inflammationem accedere vid. KLEIN l. c. pag. 7980.

inflammationum specie, quae vera et sanguinea audit, nasci. Circa hanc puris generationem crescere solet inflammatio, febris et dolor, ab eo si casu discesseris, ubi incipiens ob validissimam febrem gangraena in benignam, fractis sufficienter excedentibus aegri viribus, suppurationem conuertitur. II. Quando *massam sanguineam corpora quaedam ingrediuntur, quae observationibus praecuntibus, in purulentam* ut ita dicam *motum intestinum sanguinem abripiunt.* Missis aliis exemplis *p)* variolosae materiae exemplum hic adducere sufficiat. Notum est, naturam huius miasmatis ita comparatam esse, ut, in morbo etiam maxime benigno pus efficiat. Generatio huius puris a plurimis inflammationi istius, quacum pustulae variolosae connexae sunt, tribui solet, verum minus certe bene. Nam et in media chlorosi, notante de HAEN *q)* et absque ulla nonnunquam febre nascitur. Atque si inflammationes, quae scarlatinae, morbillis accedere solent, comparaueris cum his, quae morbum variolosum comitantur; non erunt cerre his inferiores et tamen suppuratio a morbo scarlatino et morbilloso abest *r)*. III. Quando *in sanguine status oritur, similis illi, qui in particulari inflammatione obtinet.* Ad generationem enim puris ex praegressa inflammatione requiruntur haec: diathesis inflammatoria; motus sanguinis, ad certum quendam gradum auctus; acidum oleumque praesens. Si naturam puris, quod acidi signa

p) Conf. Illustr. BOEHMERI diss. de genef. materiae purulentae sine praecua inflammatione, Halae 1767.

q) Rat. Med. Part. II. cap. II. pag. 35.

r) Illustr. BOEHMER I. c. §. IV. et pag. 24. 25.

dat, atque flammam concipit, si obseruata consideraueris, quae docent, nullam vnquam inflammationem sine diathesi inflammatoria dicta, oriri, neque in suppurationem transire, nisi paulo validior euadat sanguinis motus: de praedictis et ad generationem puris necessariis conditionibus nullo modo dubitabis. Atqui omnes illae in sanguine, nulla etiam presente inflammatione particulari, subnasci possunt. Quor enim obseruationibus docetur, diathesin inflammatoriam cum sanguinis orgasmo existere posse! Neque in cruore et sanguine oleum et acidum deficit. Si ergo illae conditiones sufficiant ad pus, propter praegressam inflammationem particularem, efficiendum; si eadem plane conditiones in moto sanguine oriri queant: sequitur, pus in ipso sanguine sine praecua particulari inflammatione oriri posse. Casus adduxit de HAEN ^d).

§. VII.

Nunc vero, vt ex his raritas suppurationis arthriticae pateat atque intelligatur: cum causis *primo* arthritidis suppurationem comparabimus, ex earum consideratione ostendentes, suppurationem arthriticam rariorem existere. In illarum censum venit, *i. sanguis congestus, spissus*. Docent id arthritides, a vita sedentaria, pressione abdominis, plethora, suppressis haemorrhagiis naturalibus, causisque similibus oriundae. Potestne hinc simul suppurationi oriri? Possset omnino, ni essentia arthritidis obflaret. Quando enim is dolor, quem sanguis congestus et spissus excitat, inflammatorius est: facile patet (§. anteced.) posse suppurationem

pro.

^d) Conf. Illustr. BOEHMER l.c. §. III. HAEN l.c.

produci, idque ob causam, a qua dolor nascebatur. At enim vero arthritidis dolorem ponit, non inflammatorium (§. V.). Quod si itaque arthritidis sanguini etiam congesto et spisso debetur: dolor tamen, qui eandem comitatur, quique essentiam arthritidis constituit, ita a sanguine produci debet, ut inflammatio absit. Quare haec arthritidis causa, in quantum eum dolorem determinat, (non dum enim sequelas arthritidis consideramus) puris generationi non fauet. 2) *Materia mucosa, serosa, phlegmatica, propter spissitudinem vel copiam suam, aut partium adfectarum debilitatem in vasculis circa articulos sitis, stagnans.* Verum haec nunquam in materiam commutatur purulentam. Quamuis enim mucus, aut phlegma motum intestinum concipere queat: illa tamen, quae inde nascitur materia, non tam pus, quam ulcerosam materiam constituit. 3) *Materia primarum praecipue viarum, solo consensu arthritidem generans.* Cum in his casibus, nulla affectis articulis materialis arthritidis causa insit: patet, ex hac causa in se spectata non posse pus nasci. 4) *Materies acris multiplex ad articulos delata.* Quoniam diuersissima acria, si articulis inferantur, arthritidem generare possunt (§. V.): patet, posse etiam inter haec enumerari, quae sanguini diathesin purulentam inducunt (§. anteced.). Quid? quod fieri posse intelligitur, ut purulenta materia, ipsa causa arthritidis euadat. Tunc itaque nexus arthritidis cum suppuratione non impossibilis est. Ad enim vero cum longe plurima adhuc supersint acria, quibus descriptae conditiones non insunt, atque pleraque etiam eorum, cum nimiam humorum corruptionem sibi vindicent. eo ipso puris benigni et blandi genera-

tionem impediunt: nec plurimae arthritides, ab acri pendentes, cum suppuratione stipatae iucent. Si ergo causas arthritidis respicias ¹⁾ de raritate suppurationis dubitare non poteris.

§. VIII.

Sequitur, ut his expositis, inquiramus: annon symptomata quaedam arthritidi accedant, quae puris generationi fauent? Nul- lum hic, praeter tumorem inflammatorium, deprehendes, quod generando puri par esset ²⁾. Verum enim vero, ut iam de eo nil dicam, quod dentur arthritides, ad quas nulla accedit inflam- matio: notandum quoque, quod focia inflammatio, in cute ple- rumque excitata, ad erysipelas vel oedema calidum, inflammatio- nes minus ad suppurationes pronas (§. VI.) in plurimis casibus re- duci debeat ³⁾. Praeterea natura ipsius materiae arthriticae saepe saepius obstat, quo minus benigna oriatur suppuratio (§. anteced.). Quare etiam, symptomatum respectu, suppuratio, arthritidem se- quens, paullo erit infrequentius phaenomenon.

§. IX.

²⁾ Nullum est dubium, quin a vitis etiam solidorum v.g. debilitate articulo- rum, arthriti oriri queat. Sed horum vitiorum rationem habere hic nolui, cum non, nisi adiuuantibus fluidis, arthritidem producant, et suppurationi fauere possint. Dicta ergo ad haec vitia facile applicantur.

³⁾ De pure in ipso sanguine, a materia passim arthritica producto, dubitari quidem vix potest. Conf. de HAEN l. c. Part. II. pag. 20. et quae §. VI. n. III. dicta sunt. Poteritque etiam haec materies, ut toties in aliis casibus fieri solet, per tussim aliasque excretiones expelli. Verum haec tribus tan- tum noto, cum nobis de ea tantum suppuratione, fere sermo sit, quae in locis affectis, habitque cutaneo immediate magis ab arthritide nascitur.

⁴⁾ BONETVS l. c. pag. 448. n. 141.

§. IX.

Ex praedictis, iis praecipue, quae §. VI. disputata sunt, istae quoque conditiones intelligi possunt, quibus praesentibus arthritidi suppurationi accedit. Fieri id nempe potest: I. *ex gravitate inflammationis*. In casibus §. IV. commemoratis haec suppurationis causa existisse videtur. PISO enim designat arthritidem, a sanguinis ebullitione ortam, qua nihil aptius ad ingenerandam grauem inflammationem repetitur. HOFFMANNVS aperte monet, grauem dolorem et inflammationem proexistisse. Et in exemplis a MVSGRAVIO allatis, ob summam partium, quae afficiebantur, sensibilitatem, suspicio grauioris inflammationis praegressae non minus adest. Intelligitur hinc; cur malum ischiadicum frequentius suppuratione stipatur. Nempe glandulae HAVERSII inflammationibus patent atque ob articuli profunditatem materia diutius retinetur. Cur arthritica materia ad musculos varios delata, suppurationem frequenter secum ducat? ob pinguedinem quae ibi reperitur. II. *Si materia, a qua nascitur arthritidis, eius sit naturae, ut humores facile in pus commutet*. Atque id in nostro casu obtinere videtur. Scabiei enim et crustae lacteae materiam maxime ad producendum pus, procliuem esse, nemo facile dubitabit. Nunc vero ex horum exanthematum retropulsione concepit aeger arthritidem §. I.

§. X.

Num quid vero salubris haec suppurationi? Certe si quod res est, dicendum suppurationi ad arthritidem accedens, non adeo est optanda. *Vel enim in articulo oritur, vel in partibus aliis in-*

ternis, *vel* in habitu cutaneo. Quodsi in articulo ipsa oriatur: ob diuturniorem ibi moram acrior facta, et corrupta vlcera solet sinuosa determinare et maligna, cariem ossium, destructionem cartilaginum, dolores graues &c. immo resorpta ad sanguinem phtisin et tabem arthriticam, quales tristes casus in coxario morbo non adeo sunt infrequentes ^{m)}. Quamuis ergo in hoc casu negari non possit, fieri quandoque, vt, facta materiae purulentae metastasi, ad loca externa, atque dein laudabili, aut etiam corrupto, ex aperto tumore, profluente pure, aeger breui restituatur ⁿ⁾: tamen, cum plura infausti euentus existent exempla, et praeterea, si relinquatur in articulo materia, saepe difficillime cognoscatur eam adesse, non laudandam esse hanc arthritidis suppurationem facile patet. Quod casum attinet, quem secundo loco posuimus, suppurationem scilicet, in interioribus partibus enatam, quorsum fere pertinent casus, quos MVSGRAVE (§.IV.) recensuit: sponte apparet, eam satis ancipitis esse euentus. Contingit equidem non raro, vt pus, in praedictis locis productum *vel* ad ambitum corporis protrudatur, (quod enim in aliis casibus fit, hic etiam accidere potest; sicuti de HAEN dixit: *plura exempla habemus natae ex pleuritide et peripneumonia phtisicos, in qua iam inueterata, et corpus depascente, materiae metastasis ad os sterni fieret, aut ad cristam ossis ilei, aut ad colli glandulas parotidesue* ^{o)}): ita simile quid hic poterit obtinere) *vel* salubriter per vomitum, diarrhoeam, (§.IV.) tussim, vrinam, &c. excernatur. Saepius tamen acci-

^{m)} de HAEN Part.IV. Cap. IV.

ⁿ⁾ Idem l. m. c. Part. III. Cap. V. pag. 179 seqq.

^{o)} Idem l. c. pag. 181.

dit, vt materia retineatur, acrior euadat, vlcera interna, p̄li-
 fin lentamque et hecticam febrem producat. In tertio demum,
 quem diximus, casu, suppuratio omnium est benignissima; at-
 tamen suis etiam premitur difficultatibus. Vt enim de eo nil di-
 cam, quod sollempnis per desquamationem cutis et sudorem facta
 arthritidis solutio longe fit melior breuiorque: id quoque reticen-
 dum non est, quod *et* corpus detur, *et* male tractata (vt si apertio
 protrahatur) vlcera non adeo benigna relinquere solear. Quae
 cum ita sint, manifestum est, arthritidis in suppurationem transi-
 tum non adeo esse laudandum, suis potius et magnis stipari in-
 commodis, quae ars tollere et praecauere non semper valet. Quod-
 si etiam de HAEN obseruata, locis citatis allata, conferas, quam
 parum eiusmodi suppurationi fidendum esse ex luculentissimis te-
 stimoniis perspicias, manifestumque tamen simul erit, quod feli-
 cioris euentus exempla obseruata sint, tunc vero potissimum,
 quando in exterioribus partibus abscessus comparuerit.

§. XI.

Neque modus, quo suppuratio, in externis partibus enata,
 arthriticum dolorem salutariter soluit, adeo difficulter perspicitur.
 Cum enim dolor arthriticus ex irritatione nerueae substantiae, va-
 rias articulorum partes ambeuntis, oriatur (§.V.): perspicuum est
 eum imminui tolliue debere, quando ea ipsa materia, quae desi-
 gnatam substantiam antea irritabat, ad cutim mouetur, eius cellu-
 lari vasisque illata. Praeterea ipsa suppuratio vim materiae roden-
 tis, quae nonnunquam arthritidem producit, *sive* per motum in-
 testinum, quo absoluitur, *sive* visciditate puris paululum frangit.
 Deni-

Denique, si tumor pus continens aperiatur, fit inde, vt materia arthritica cum pure effluat, sicque sanitatem restituat. Possunt etiam dicta nonnunquam ad suppurationes internas, quae arthritidem interdum comitantur, applicari; cum dictum sit, eas quoque passim salutariter arthritidem soluere.

§. XII.

Atque mirabitur nemo salutarem hanc arthritidis solutionem, qui saluberrimos vlcerum naturalium et artificialium in tollendis doloribus effectus cognitos habet²⁾. Nil dicam de vesicatoriorum, foniculorum, setaceorum, vltionum, sectionum similiumque operationum salubritate et fructu; pauca tantum (cum plura vbique haberi queant) vlcernum naturalium exempla afferam, quae summam eorum in mitigandis doloribus, vim declarant et efficaciam. Obseruauit *Celeberr. VOGEL* in iuvene qui, cum aliquamdiu doloribus dorsi et capitis, cum artuum grauitate, adstrictione alui atque tussi spastica consuetatus esset, in femore sinistro, tumore pallido rheumatico, et sub leuissimo cruris motu valde dolorifico corripiebatur, simulque simili, sed paulo duriore atque ampliore in extremitate scapulae subter axillam gliscente, qui ipse ad tactum valde dolebat. Isque tumor paulatim inflammari coepit, inflammatioque processit cum ad thoracem, tum ad brachium. Elapsa hebdomade, cum tumor pus concepisse visus esset, is aperiabatur scalpello, et vltra libram puris optimi fundebat. Breui post nouus tumor in altero brachio inflammatorius oriebatur, in quo

²⁾ Conf. *Frider. Ludon. THIEL* Dissert. de curatione morborum artificiali per vlcera. Gött. 1761.

quo lente pariter pus formabatur, quod similiter plaga facta euocandum erat. Ultimo tumor in femore etiam videbatur pus continere, cui cum impositus esset lapis infernalis, materia cutem demum, perrupit, tenuior quidem ac in brachio, et sanguine subinde intermixta, at neque acris, neque foetens. Idque vlcus vltra trimestre spatium apertum mansit, cum priora confestim conglutinabantur: aeger vero inde ab omnibus symptomatibus, quae ante ipsorum ortum perpeffus erat, protinus liberatus fuit ^{a)}. Casum similem, qui vero magis huc spectat, recenset MVSGRAVE ^{b)}. Damnonio orientali florebat ordine equestri gens, humanitate, opibus et pietate insignis, illoue tantum nomine infelix, quod ea tota, tam foeminae quam mares podagra miserrime torquerentur. Foeminarum vna tussi et phthisi occubuit. Huius filius iam quadrimus aurium morbo tentabatur; ex omni parte tumuerunt illae, praecipue vero helix. Tumor initio ruber *φλεγμονώδης*, breui exinde tempore subalbicans. Serum illud acre, quod intus contentum, in tumorem cutim extulit; fibras autem cuticulares fodiendo spiritusque earum incolas irritando, pruritus immanem, perpetuum et fere intolerabilem excitauit; in crustam posthaec albidiorum condensatum est: quae quidem crusta, demum exarefacta et in squamulas diuisa, decidit; relicto loco, tamquam a variolarum frustulis, inflammato. Conferatissima erant huiusmodi excrementa, et quidem adeo crebra, vt propemodum perpetua

^{a)} conf. THIEL diss. pag. 4. seq. vbi plures casus enarrat dolorum per similia vlcera sublatorum.

^{b)} l. c. pag. 72. 73.

viderentur. Veteri subito noua messis successit, pro materiae peccantis abundantia et coeli humiditate; maior ichor autem, quando largiter profluxit, non sine foetore erat grauissimo, naribusque ingratiſſimo. Ineunte quidem adolescentia forſan ob exercitationes eo tempore vehementiores, fluxus orta est remiſſio: at annorum vix triginta vir sobrius, neque Veneri neque Bacho deditus arthritide corripitur, post homines natos acerbissima. Per idem tempus aurium illa affectio maior recurrit, sed cum arthritidis paroxyſmis vices habens alternatas. Horum enim vacationibus scaturiunt aures; et natura paroxyſmum moliente, ad eumque sese quasi accingente, siccantur hae, et ab his siccatis instantis paroxyſmi non leue ortum est indicium + similia narrat *idem*, paulo post 9. Denique saepe saepius obseruatur, solum arthritides per scabiem; scabies autem fere nil aliud est, quam ylcera chronica congeries, e quibus modo ichor, modo pus stillat.

§. XIII. Hic praemissis, non difficile erit, de casu iudicare, quam §. I. descripsimus. Phaenomenorum ratio ex dicendis constabit. I. Pueri quidem non facile arthriticos affectus patiuntur, ut etiam fuerint Medici, qui hanc hominum aetatem arthritidem concipere posse negauerint. Sique consideraueris, pueros rarius plethora, rigiditate, spissitudine humorum affici; acrimoniam succorum, in ea aetate quidem satis esse frequentem, ob cutis tamen laxitatem ad externas corporis partes facilius, quam ad articulos, protrudi, pueros demum varias arthritidum causas occasionales qualis est abusus Veneris et spirituosorum, vix admittere:

c) pag. 14. seq.

ratio

ratio forsitan intelligetur, quare puerilis aetas difficilius arthritide torquatur. Quibus interea non obstantibus, sunt puero-
rum arthriticorum exempla in scriptis medicorum consignata. Missis enim iis, quae labem arthriticam haereditate contraxere: a chronicis cutis exanthematibus retropulsis, non raro arthritis, vel in ipsa puerili aetate excitata est; puero annorum XII. exanthemata: extinctis his, dolores cutanei aborti sunt implacabiles, ad solum manuum appulsus irritati; ab eo tempore statis temporibus articularibus doloribus est conflictatus; testaturque etiam BALLONIVS se in multis obseruasse, morbillorum materiam suppressam id genus dolorum produxisse *d*). Similia exempla habet MVSGRAVE et alii. Quid mirum ergo, quod in nostro aegro ob retropulsionem scabiei, crustae lacteae et tumoris, glandulas occupantis enata sit? scilicet Natura productam in humoribus acrimoniam, salutare conamine, ad cutis ambitum ablegauit; ob media vero retropellentia usurpata, in suo turbata opere, metastasi eiusdem materiae ad articulos perfecit, partes in pueris paulo adhuc debiliores, liquidumque mucosum secernentes.

II. Inferiores partes, cum humores, proprio licet pondere impediti, reflueri debeant, metastasi materiae prae reliquis partibus patent. Ossis quoque femoris articulatio, tam ob magnitudinem caui, et multitudinem ligamentorum, quam ob glandulas HAVERSII conglomeratas, ad recipiendam materiam, per metastasin appulsam prona est *e*). Hincque patet, quare morbus denominatus §. I. partes occupauerit.

C 2

III.

d) BONETVS l. c. p. 448. n. 137.

e) *Celeb. Praesidis Diss. de causis luxationum internis* Hal. 1761. §§. XXXIV. sq.

III. Materia arthritica generatim hanc nacta est naturam, vt per motus febriles accedentes, febrimque etiam exquisitam interdum sociam, cocta validiusque propulsa cutim ingredi soleat. Quod ergo non minus in descripto casu fieri potuit; cum autem materia acris erat, viscida adque ineundam suppurationem prona: inflammatio, dein suppuratio facta est. Vnde symptomatum remissio enata. §. §. IX. XI.

IV. Quoniam autem non omne sic morbi seminium eiectum esse videtur: ob partem materiae contagiosae relictam, copia illius magis iterum magisque aucta est, vsque dum, siue sufficiente copia collecta, siue nouis accedentibus causis occasionalibus irritata, morbum de nouo produxit.

V. Tot morbi insultibus defatigatus aeger: maiorem in dies ad parandam, in se iam contagiosam materiam, dispositionem concepit, vt mirum non sit plures postea, atque internas quoque partes materia arthritica affectas esse.

VI. Claudicatio, contractura et incuruatio partium, materiae arthriticae sunt effectus, quatenus aut destruit partes et debilitat, aut rigefacit, densaque et toplicea materia replet.

§. XIV.

Supereff nunc, vt practican argumenti partem tractandam mihi sumam, quidque in eo, quem descripsimus, casu ex artis regulis faciendum sit? exponam. Quaestio soluetur, si respondeatur ad haec: quid agendum in malo recenti, vt arthritis praecauatur? quid si nouus arthriticus paroxysmus eueniat? quid demum, quando tumor suppurans iam comparuit? Tria enim haec momenta,

menta, ad quae morbi accuratior consideratio ducit, omnia, quae hic dici possunt, complectuntur.

§. XV.

Ortus huius arthritidis retropulsae materiae scabiosae debetur. Quare ut nouus paroxysmus, in recenti malo, praecauetur, opus est, ut materia nocua *vel* assimiletur sanis humoribus, *vel* congrue et per conuenientes vias expellatur. Cum remedia, quae materiam, qualis est scabiosa, assimilare queant, Medicos fugiant: nil superest Medico faciendum, nisi istorum remediorum usus, quae excretionem materiae scabiosae possunt perficere. Quoniam autem Medicum naturae vestigiis insistere oporteat; atque obseruatio doceat, eius esse materiam scabiosam indolis, ut productis in cutis ambitu exanthematibus, excernatur: sequitur, in recenti malo, nil melius esse, ad nouos arthritidis paroxysmos praecauendos, quam effluxus retropulsae materiae scabiosae, legibus artis conuenienter productus. Qui, ut efficiatur, haec commendationem merentur. I. *Insitio scabiei.* Quodsi enim methodum Celeberrimi MVZELII *f)*, qui latam plagam cuti infixit eique scabiosam materiam insedit, imitemur: fit & hinc, ut cutis eo in loco maxime irriteretur, atque reconditum in partibus interioribus miasma scabiosum, non solum ad cutem prouocetur, sed etiam locus illi pareatur, e quo effluere possit, atque corpore exturbari. *Illustr.* certe MVZELIUS sanauit hac methodo virum, melancholia et stupore correptum *g)*. Nonne licebit ea ipsa methodo sanare arthritidem, ob

C 3

re-

f) Medic. und Chirurg. Wahrnehm. Zw. Saml. pag. 67.
g) l. c. p. 60. Cap. XII.

regressum exanthema scabiosum exortam? Laudat quoque *Celebr.* HUNDERTMARK infectionem voluntariam, ut ea tollantur incommoda, quae retropulsam scabiem sequuntur. *Constat*, inquit, *inter omnes, quo modo homines ex plebe, et infima multitudine, qui, ab omni munditie longius remoti, inter sserquilinia adoleuerunt, frequentissime scabiei cuiusdam artificialis speciem eo contrahant, quod cum aliis, scabiosa lue iam infectis, arctius habeant commercium, eorumque linteis communiter utantur, quod exemplum, remota tamen omni, quoad eius fieri potuit spurcitie, honestiores ita imitatos vidi, ut scilicet repressam scabiem, ex quo genitos pessimos paterentur morbos, eo felicius sibi redderent, quod cum aliis, de reliquo sanis, qui tamen scabiem contagione hauserant, communi lecto, vestibus et linteis, quibus propius amicumur, integumentis, etiam uterentur* ^{b)}. Insitio autem hac methodo longe erit securior atque melior, cum ea vlcus simul artificiale efficiatur, ad euacuandam materiam aptissimum. Cauendum tamen ne materia, qua vteris ad scabiem inferendam, ab aegro sumatur, qui aliis adhuc morbis, praeter scabiem, detinetur. II. *Vsus succi betulae.* Remedii inuentio fere debetur *Celeberr.* HUNDERTMARK ^{d)}. Quum scilicet vidisset, homines viliiores et egentiores, suae, quod putant, eo prospicere sanitati, ut se vernali tempore *succo betulae* largius aliquamdiu ingurgitent, et cognouisset, quam plurimos inde foeda contaminatos fuisse scabie, continuo ex illo sibi demisit exemplum, quod, quam primum eius rei ipsi fieret locus

et

^{b)} Dissert. de scabie artificiali (Lips. 1758.) pag. 35.

^{d)} l. p. pag. 32. 33.

et facultas, sequeretur. Obtulit se ipsi iuuenis viginti, et vir triginta duorum annorum, quorum illi scabies ficcior, medicamento, quod isti vehementissime alium aliquot dies duxerat, binos ante annos retracta, quotidianam nervorum conciliauerat distentionem, huic vnguento sulphureo humidior, vndecim ante menses repressa, maximam procreauerat ducendi spiritus difficultatem. Vtrique mensam integram, quartam mensurae partem simplicissimi illius betulae succi egelidi, singulo mane et hora post meridiem quarta, hauriendam imperauit, quo facto, vtrique ab illo bis, vel ter de die altum sine vehementia, et virium debilitatione, motam, et priori circiter decimo sexto, posteriori vicesimo tertio die, cum blandiori horis matutinis profuente sudore, scabiem suam redditam fuisse, et copiosiore pristina illa repulsa et vehementiore, dirosque morbos, quibus vexabantur, sensim paulatimque omni ex parte fuisse deletos, ipsosque, rectius cautiusque curata scabie, omnino conualuisse, summa cum voluptate animaduertit. Addit hanc regulam: *si a copiosiori scabie cuncta symptomata, quae ante ab ea repulsa oriebantur, maximam saltem partem, fuerint sublata, recedendum erit ab usu betulae succi, et in eius locum substituenda sunt, quae morbi reliquias corrigant, correctasque continuo sumine ad cutem extremam blandius deriuent, deriuatas ibidem firmiter contineant, vasisque laxioribus et debilitatis prius firmamentum et robur reddant, et meliores nempe humores et naturae magis proprios possint secernere, essentia succini et Cortex Peruvianus k).*

Fate-
k) l.c. pag. 36. Haec succi a betulae virtus vi resolvente pender, quae simul enacuat. Vid. GEOFFROY Abhandl. von der Mater med. Dritt. Th. Sect.

Fatetur interea HVNDERTMARK: se non semper solo succi betulae usu scabiem restituere potuisse. His aegroris auctor suaviorque fuit, ut usum betulae succi continuarent, et alterno quoque die breui ante, quam cubitum irent, pedes manusque extremas in aquam fluuiatilem, cum floribus Chamomillae et Meliloti, venetoque sapone coctam, quam calidam ferre possent, demitterent ibidemque dimidium horae quadrantem detinerent, articulos vero abstersos filo ex lino ducto crudiore, et panno, ex crassiore lano confecto, viliori et asperiori ad ruborem usque vehementius fricarent, quo fuit effectum, ut spisso agmine prodiens redderetur prior scabies ^D.

III. *Scarificatio, epispastica*, et similia fortiora remedia, *setacca, vrsiones* aliaque. Eiusmodi remedia non solum irritant atque ideo humores ad cutim congerunt, sed euacuationi quoque nociuae materiae fauent. Facilius autem sine potiri potest Medicus, quando partes externae, quantum fieri potest, per balnea calida simul laxantur, et frictionibus institutis irritantur, atque humores, proterum quae circumstant, diuersitate, resoluendo et incitando, imperus infestae materiae versus cutim augetur. IV. *Frictiones cum balneis calidis, laxantibus atque Diaphoreticorum et cardiacorum usu*. Commendat itaque cum aliis HVNDERTMARK: antimonium diaphoreticum, Nitro et Camphorae inactum, Mercurium dulcem et Panaceam mercurialem, acrem tartari tincturam, succini essen-

Seit. 293 sqq. qui ETMÜLLERI simul testimonium adducit, quo affirmat, hunc succum vi sua resoluente, in sanis quoque subiectis, scabiem producere.

^D l. c. pag. 34.

essentiam ^{m)}, liquorem analepticum mineralem qui scordii recentis partem extractam continet, sulphur antimonii auratum tertiae praecipitationis ⁿ⁾. Verum in scabie, diutius iam retrogressa, a lenioribus hisce remediis vix quidquam expectari potest, vel ipso HUNDERTMARKIO fatente. Ad valentiora itaque tunc transeundum. Nonne Aconitum etiam conferret?

§. XVI.

Quodsi autem haec, quae diximus, remedia suo effectu careant, siue id ob mali diurnitatem, siue ob aliud quodcumque impedimentum fiat: nil tunc superest, quam ut novos arthritidis paroxysmos, quantocius id fieri potest, sopiat Medicus (§. XIV.). Quando nunc per observationes constat, solui arthritidem, qua detinetur aeger per tumores eiusmodi purulentos: ut disponamus corpus ad eos producendos necesse erit. Quod ut perficiatur, cutis *relaxanda* et *irritanda*. Relaxatio quidem cutis, cum vasa ampliora et debiliora reddat, humoribus, in articulis stagnantibus, faciliorem aditum parat, irritatio autem, ex notissima lege, humorum affluxum auget. Vtroque itaque remedio coniuncto, tumo-

^{m)} eam hic suadet, quae ex pulvere succini et tinctura acriori, a reguli antimonii martiali secundaria conficitur. Conf. l. c. pag. 20. Haec, inquit, *succino balsamico soluto, maxime referta et mitigata, acrimoniam feri, vel in extremitatibus maxime remotis, secreti atque cohibiti, soluit, demulcet, corrigit, mobilem reddit, et cum sudore eriuat, et in ipsa nervorum resolutione, quae a causa frigida, pituitosa oritur, stupendam praecipue habet efficacitatem.* Censetque hanc praeparationem necessariam esse, quod succinum recte a ventriculi et intestinorum succis extrahi non possit. De liquore analeptico minerali vid. pag. 29. n. ff.

ⁿ⁾ l. c. pag. 31.

D

ris curandi pronuntius adiungunt. Quid, quod haec ipsa remedia
 aliis curam, si in venter, commotis supponit. Quae enim re-
 laxari cogit, augere simul perpirationem, quod de balneo notat
 rissor. Similiter spasticas partium frigiditas, quae dolorem
 arthriticum insidant, leniant. Quod vero irascens aures, haec
 inter nonnulla, ut frictions, perpirationem tenent, quae, quam
 velle in arthritide laborantibus, neminem fuit, alia vera videri
 solent efficere, ut epistaxis, per quae effluxus mucus, quae
 arthritidem decernuntur, imperant. Balnea tamen calida, et
 cariplasmata frictions, vocationis et epistaxis, lenificationes,
 et quae fortis agunt, lenient, vitiones &c. in venter loci adhi-
 applicatione et insula, haec merentur commendationem. *Myosotis*
 erant, per minoris sedis balnea exequantur, alia ad diuinitatem
 Tolerant largiora, omnia vero tepida observantur, ante multos annos
 offensus sit. Quibus cum arthritide fabricabantur, quam per-
 manens cura ipsa demandata est, nihil potius debet, quam ut
 Naturae methodum imitanda, cuiusque vestigia perueniat, mite-
 rum per curam elicit. Hicque respectum, quibus id videri
 perferatur, in venter propositi, quia et nullolo, curae, caetera-
 que

1) In pag. m. 134
 2) rissor observantur, frictions partium cum ononum oleo in venter libidinis
 dolorem nullis leniant (L. p. m. 132)
 3) Tactum quodque rissor ampliatum et calidum et molle partium et dicitur
 (L. m. 6)
 4) L. c. pag. 37. Plura circumscripta exempla afferre possent; sed, ut bene sit
 vid. III. c. 11. de rissoribus partium dolentibus ubi
 rissoribus venter leniant et notat. Hal. 1700.



ris cutanei prouentus adiuuatur. Quid? quod haec ipsa remedia aliis etiam, si iis utamur, commodis stipantur. Quae enim relaxant cutim, augent simul perspirationem, quod de balneis notat TISSOT ^o). Simulque spasticas partium stricturas, quae dolorem arthriticum intendunt, leniunt. Quod vero irritantia attinet, haec inter nonnulla, ut frictiones, perspirationem reuocant, quae, quam utilis sit arthritide laborantibus, neminem fugit, alia vera ulcera solent efficere, ut epispastica, per quae effluxus materiae, quae arthritidem determinabat, impetratur. Balnea itaque calida, et cataplasmata, frictiones ^p), vesicatoria et epispastica, scarificationes, et quae fortius agunt, seracea, vffiones &c. in vicinitate loci affecti applicata et instituta, hic merentur commendationem ^q). Narrat MVS GRAVE ^r), quod quidam *ulcusculis, quorum alia minora erant, pisi maioris secti basin exaequantia, alia ad diametrum Thaleri largiora, omnia vero tibias obsidentia, ante multos annos afflictatus sit. Quibus cum artbritidi subiiciebatur, quam primum eius cura ipsi demandata est, nihil potius habuit, quam ut, Naturae methodum imitando, eiusque vestigia premendo, materiam per cutim eliceret. Ideoque vesicatoria, quibus id negotii perficiatur, in usum proposuit; quin et malleolo, carpo, caeterisque*

^o) l. c. pag. m. 184.

^p) TISSOT obseruauit, frictiones partium cum ouorum oleo in malo ischiadico dolorum attulisse lenimen (l. c. p. m. 191.)

^q) Laudat quoque TISSOT emplastrum ex calce viua et melle paratum et plura. (l. m. c.)

^r) l. c. pag. 75. Plura eiusmodi exempla afferre possem; sed, ut breuis sim, vid. III. et Vener. BÜCHNERI Diss. de Vesicatoriorum parti dolenti applicatorum usu salubri et noxiuo. Hal. 1766.

que articulis dolore cruciatis, vel eis quam proxime, nunc plura, nunc pauciora, prout exigere videretur res aegri, admouit. Haec autem eo cum successu acta sunt, ut acris feri foeditique admodum, uncias saepe quatuor, identidem sex, nonnunquam octo, unum idemque extraheret emplastrum; unde vicini articuli dolor statim mitigatus, et paulo post sublatus. Artificiofis hisce colis adeo delectabatur aeger et profecit, ut, quoties dolor recruduit, saepe numero epispastica superponi iuberet; ut eodem tempore, sex, septemque interdum gereret. Frictiones et scarificationes non minus, in mitigando dolore arthritico, laudat TISSOT, ut etiam scarificationes ipsis vesicatoriis praeferat. Fateatur *Idem*, quod nil magis exanthema scabiosum, quam aquae calidae abusus, sustinet ^d. Nonne ergo balnea calida, ad reuocandum exanthema illud, egregia erunt? sed taedet, plura testimonia afferre.

§. XVII.

Restat, ut enatum iam tumorem consideremus (§. XIV.). *Primo* quidem maturatio et apertura eiusmodi tumoris indicatur. In prima et secunda *Rationis medendi* parte quaestionem agitat de HAEN, vitum praestet eiusmodi abscessum aperire, nec ne? Fieri hic saepe obseruationes ipsum docere videbantur, ut mors, facta apertura, eam consecuta sit, aut *airis accessione, aut alia minus nota causa*. Verum enim vero non possunt haec ad eum, quem tractamus casum applicari. Loquitur enim de HAEN de istis tumoribus purulentis, quibuscum consumptio partium internarum connexa est, quam in nostro casu abfuisse facile patet (§. I.).

^d) l. c. p. m. 342.

que articulari dolore cruciatur, vel sit quam proxima, inter plura
 unum praeterit, prout exigitur eadem res agit, admodum. Ita
 autem eo casu successe debet, ut acris sit i foeditate amicum,
 cuius saepe dicitur. rursusque lex, nonnullam esse, omnium
 idemque extrahere ampliatum; unde vicini articuli dolor, hanc
 irritatur, et pons post subitum. Antiphrasi dicit colit adeo
 libebatur ager et profecti, et, quosque dolor recruduit, saepe
 numero epistolicae responsi subest; ut eodem tempore, lex, p.
 partem interam gerit. Tristiones et scilicet non minus,
 in mungendo dolore arthrico, laudat rissor, ut enim scilicet
 tiones ipsi velleotis praeterat. Praeter ista, quod ad magis
 exanthema scabulum, quam quae caliae abulis, sicutur.)
 Nonne ergo balne calida, ad revocandum exanthema illud, eger-
 ga erunt, sed magis, quae calidiora sunt.

XVII

Relat, ut eorum iam tumorem consideremus (§ XIV).
 Vtius videtur maruato et eperant eiusmodi tumore indicantur.
 In prima et secunda Ratione, methodi parte praestitum agit
 de haem, utrum praeter eiusmodi ablationem aperte, nec
 no? Tunc hic saepe oblationes ipsum docere videbantur,
 ut mors, fassa aperta, eam conspicit, aut vixit accessione,
 aut alla minus vora causa. Verum enim vero non potuit hanc
 ad eam, quem tractamus casum applicari. I equitur enim de haem
 de his tumores parvioris, dapsicam consumio partium in-
 tetarum connexa est, quam in nostro casu epistula facta parit
 (§ 1.)

1) i. e. p. m. 344.

(§. I.). Praeterea vel de iis tumoribus cutaneis, quos considerat, id quod adduximus, iudicium limitandum esse iudicat. Haec enim habet ¹⁾: *Eo nos ducebat obseruationum series, ut dolore urgente, ut morte caeterum indubitate instante, interiorum tamen destructione nec dum palam facta, expedire videretur, exitum puri parua apertura conciliare- qua nimirum lege et malum verti foras possit, et prudenti deligatione aëris fere omnis praecaueretur accessus.* Postea aperturam maturiorem manifesto suadet ²⁾. Quodsi nunc in his, qui ancipitis sunt euentus, tumoribus purulentis, maturior conducit apertura: multo magis in iis, qui salutem adferunt certam; illa quae commendetur, digna est. Facta autem apertura, ne minus cita consolidatio oriatur cauendum, cum materiae effluxus sanitatem, mediocrem saltem, restituat.

§. XVIII.

Atque haec sufficiant. Id tantum casui §. I. delineato, adicio, quod dein relatatum est, aegrum scilicet ab incommodis, abdomen grauius affligentibus, denuo liberatum esse, obortis iterum tumoribus purulentis circa extremitates inferiores. Nihilominus inueteratum adeo malum praedictionem salutis non admittit.

¹⁾ l. c. Part. III. Cap. V. Part. IV. Cap. IV.

²⁾ l. c. Part. III. Cap. V. pag. 181.




(§ 17) Praeterea vel de his tomoribus curandis, quos considerat
id quod ab externis, iudicium huiusmodi exhibet. Haec enim
habet: De hoc dicitur observationum facta, ut de hoc argu-
te, ut nunc ceteram indubitate infans, interiorum tamen
determinatione nec dum habet, expeditur videtur, extrin-
sic partem partem considerat. Nam nunc est lege et vultum vultu
sunt possit, in primis determinatione vultu sunt omnia praecognita
sunt vultu, sed de his determinatione nunciamus vultu, sed de his
Quod nunc in his determinatione facta est, nunciamus vultu
sunt, nunciamus vultu, nunciamus vultu, nunciamus vultu
sunt adhibere certam, illi quae committitur, digna est. Haec
sunt in partem, in nunciamus vultu, nunciamus vultu, nunciamus
nunciamus vultu, nunciamus vultu, nunciamus vultu, nunciamus

§ XVIII

Ad hoc haec sufficiunt. In tantum casu § 1. de his casu, ad hoc
quod de his vultu est, vultu vultu est incommotus, ad hoc
vultu vultu est, de his vultu est, de his vultu est, de his
vultu vultu est, de his vultu est, de his vultu est, de his
vultu vultu est, de his vultu est, de his vultu est, de his

§ 1. de his Casu V. Part IV. Cap. IV.
§ 1. de his Casu V. Part IV. Cap. IV.







Ma 4711

ULB Halle

3


003 941 760



St.

11







An 18
19

DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA
DE
ARTHRTIDE SVPPVRATORIA

QVAM
DIVINI NVMINIS AVSPICIIS
ET
CONSENSV GRATIOSI ORDINIS MEDICORVM
PRAESIDE
VIRO ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO IVNCKERO

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTORE
HVIVSQVE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
PAEDAGOGII REGII AC ORPHANOTROPHEI HALENSIS
MEDICO PRACTICO CONSTITVTO
PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS

D. VII. APRIL. A. R. S. MDCCCLXIX.
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
CAROLVS LVDOVICVS WEGENER
DRAMVVRGENSIS-NEO-MARCHICVS.

HALAE
LITTERIS HENDELIANIS.